Incipit prologus magistri [illegible] [illegible] [illegible]

Veni in ortum meum: soror
mea sponsa. Ortus michi
facta es o anima: parando
enim in te diuersa virtutum
et boni operis odoramenta. Nunc quoque tempus
est ut in ortum meum venias: orti mei per-
ceptura delicias. Quia soror es quia heres
es veni ad hereditatem. quia sponsa. veni
ad amplexus veni ad sompnum ut accipias
hereditatem: quia cum dedero dilectis meis
sompnum hoc est hereditas eorum. Ceterum dor-
misti. sed corde vigilasti et hereditatem
cogitasti: veni ad gaudium pro quo la-
borasti. Quiesce, post laborem: contem-
plare per spem quod contemplata est per fidem
Reficiat te spes: reficiat nunc visio.
Quiescenti in sinistra amplexetur te
dextera: confirmigat et corde ut eterna
Veni in ortum meum: ortus meus ortus
deliciarum In orto meo miro decore rubent
rose martirum: mire candore nitent et

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

redolent lilia confessorum et virginum. In hoc orto diversorum sunt fructuum genera. et tot oblectamenta. quot beatorum in regno regnancium merita. In orto meo omnes antiquorum prius sine novelle sunt plantate. Quodque vinque plantatum quodque bonum ab inicio seculi est actum: huc omnis fructus ascendit huc finaliter venit. Omnia hec tibi proficient. te expectant te suscipient. Hic est fructus meorum. qui semper manet electorum. et non solum est fatienandum: sed etiam hunc in aliis amaciu. Hunc amando tuum fecisti. me enim amando. omnia mea amasti: amando tua fecisti opera atque meorum merita: electis meis sunt gratia. Nam cum sunt tam singula singulorum sed omnia omnium. Veni igitur ad hec universa simul percipienda: que tibi omnia simul sunt parata. Nova poma servavi tibi et vetera et antiqua scilicet et recencia meorum merita. ut omnibus oblecteris: omnibus potaris de omnibus saciaris. Messui mirram meam: cum aromatibus meis. Mirra messui in martiribus: aromata

in confessoribus et bene viuentibus. Martirum
mirra ad messem venit: nam eorum amari=
tudo transijt. et ad fructum peruenerit: nam
primam pro labore preperunt. Confessores de
peccatorum suorum et laudis mee confessione transierunt
ad confitendum nomini meo. ad laude sine labore:
ad laudem pacis et mee visionis. Item
confessores aromata. nam bone vite exemplo
alios refecerunt: et bono odore fraglaue=
runt. Mirram quoque meam messui. nam mortis
mee acerbitatem. et penam consummaui: sed
per hanc in labris meis suauia salutis gau=
dia temperaui. Cuius gustus passionis amare
michi sapuit: sed confecto ex illa redempcionis
humane aromate. suauius me refecit. Nec mar=
tirum mirra nec confessorum aromata hec gaudia
preperissent, si non mortis mee viam mirra precessisset.
Sanguis meus flammeum extinxit
gladium. cum paradiso collocatum. quo extincto
cherubin quoque qui simul obstruxit homini non
negat aditum: quem suo creatoris nomine sangui=
nis redemptum. Nec solum hunc ad sua societa=
te: sed eciam ad sue recepit similitudine. Ille

rubum enī pleitudo sp̄ūe dicitur Et hō plei
tudinē sp̄ūe recepit ut pfecte et sicut est
gruitus cognoscat qui hic tūi ex pte cognoui
Comedi fauū cū melle meo: bibi vinū
cū lacte meo In passione mea pruh amara: sed nūc resurrectōis pepio dulcia.
Sume assatus quasi piscis: nūc mel comedo glorificate humanitatis. Et qui eram q̄si
despectus et nouissimus virorum: nūc sup
oīa prius constitutus gl̄a et honore coronatus
sum. nō tm̄ hoīm sed etiā angelorum. fauū
cū melle comedo qr glorificā humanitate
cū gl̄a diuinitatis in me sentio et in mēbris
meis eadē pcipio. Hec est dulcedo mea.
hee delicie mee cū filiis hoīm: hee epule
hor quiuimi hic in cibus et potus est ut melle
dulcius hūc comedā: et vīo iocundius ac lacte
delectabilius bibam. His deliciis fruor:
et eisdē mēbra mea cibo et poto nā fauus
mellis nō erat in moribus dulcēs: ~~simpli~~
~~ces~~ vinū et lac sapientes et simplices Sed qd
quiuimi: soror et sponsa mea veni post labores certaminū Explicit prologus. Incipit tractatus magistri richardi
de sc̄o victore sup ps̄m Afferte